

Stephan Hein

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis M. Stephanus Hein, Ebr.
Lingu. Professor. Ad Exequias, Quas Matronae ..., coniugi suae desideratißimae
Christinae Kirchners/ Vir ... Dn. Zacharias Sebes, Senator hiuis Urbis primarius &
militiae Praefectus, viduus maestissimus, Hodie circa primam in Templo Mariano
paratas cupit, Omnes Academiae Cives officiose ac amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771257627>

Druck Freier  Zugang



Hein, St.

in C. Kirchner,

uxor. Z. Sebes.

Rost. 1643.

17.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771257627/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771257627/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771257627/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771257627/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA
 Quo
 RECTOR
 Academix Rostochiensis
M. STEPHANVS HEIN.

Ebr. Lingu. Professor.

AD EXEQUIAS,

Quas

Matrone honestissima, conjugi sua desideratissima

**CHRISTINÆ
 RÖCKENBERG**

Vir Amplissimus, Prudentissimus ac perquam Strenuus
DN. ZACHARIAS SEBES,

Senator hujus Urbis primarius & militiae
 Praefectus, virius mestissimus,

*Hodie circa primam in Templo Mariano
 paratas cupit.*

Omnes Academix Cives officiose

ac amanter invita-



**ROSTOCHIENSIS UNIVERSITATIS
 LIBERTATI ET INDEPENDENTIA**

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. XLIII.



Sin violabilis ille & absconditus fatorum ordo, qui suas cuique assignat metas, responderet humani pectoris desiderio, & cum optatis mortalium nunquam non conspiraret, non jam hodiernâ die honestissimæ Matronæ CHRISTIANÆ Kirchners obitum lugeremus. Neq; Amplissimus ac Prudentissimus Vir DN. ZACHARIAS SEBES, &c &c, viduatus dimidio vitaæ suæ, animum gereret justi mæroris plenum; neq; suavisima Proles tam anxiæ desideraret, & serio Deos posceret genitricem dulcissimam; neq; omnes amici lugerent ad eum sibi omnium fæminearum virtutum exemplar. Sed eheu!

*Non semper ambulant eandem semitam,
Dei voluntas stabilit, atq; arbitrium mortale!*

Præter omnem spem & exspectationem eveniebat quod in flore & vere ætatis subtractum sit rebus mortalium fæminei sexus decus, delicium mari-
ti, dulce liberorum decus; cui animitus optasse-
mus ut de nostris annis Supremus vitæ Arbiter ad
didisset annos, ut non solum yideret assurgentia
in

in spem laudis pignora charā sui; sed etiam pro-
lixā serie viva valensq; numeraretur.

Natorum natos & qui nascuntur ab illis

Sed hæc sunt divinæ providentia secrēta consilia,
ad quæ caligat & obstupescit humani ingenij a-
cies: quæ mortales miseris submissè potius mi-
rari, quam curiosè rimari decet. Nostrum erit
saltim non solum acerbo mæroris sensu conste-
stari, devotum obsequium erga lectissimam Ma-
tronam, sed etiam religiosâ veneratione prose-
qui memoriam ejus. Quam hæc Urbs Rosto-
chium prodeuntem in luminis hujus morta-
lesauras blando complexu felici omine pri-
mulam excepit Anno reparatæ salutis 1614.
Patre Viro Honestissimo ac Integerrimo DN.
NICOLAO Kirchner/ Cive & negotiatore
primario, Matre fæminâ pietate & alijs virtu-
tibus conspicuâ ANNA Gusebers; Avo Pater-
no MARTINO Kirchner Mercatore hujus Ci-
vitatis; Aviâ paternâ ANNA Dünckers; Avô
Matremô Viro Amplissimo, & Prudentissimo
DN. HENRICO Guseber/ Senatorij Ordinis
Viro primariô, Aviâ Maternâ ANNA Nettel-
blades fæminâ honestissimâ. De tam præclaris
parentibus poterat quidem gloriari piè defun-
cta matrona; sed maluit propriis virtutibus

splendorem generis illustriorem redderet. Quam
mobrem adultior facta tanquam egregium sydus
tam præstantibus animi dotibus & ornamenti
crevit, quam corporis decenti pulchritudine. Qui
alterutro horum ornatus incedit, næ habet is
de quo gloriari queat; Qui utroq; is Dijs æmu-
lus inter homines primi census ac dignitatis se-
ponere non erubescat. Talis fuit piæ memorie
CHRISTINA Kirchners/ immane quantum
differens ab iis quæ exterius membrorum decus
& speciem nativam collutulant interioribus ani-
mi næuis & turpitudinibus. Numinis divini af-
fidus cultus: erga parentes, maritum reverentia:
erga pares modestia: erga inferiores comitas: pu-
dicitia illibata custodia: temperantia: Iuge stu-
dium: ocij ac desidiae fuga: hæ fuere & id genus
aliæ virtutes, quarum possessione religiose de-
functa etiamnum juvencula, supra alias Virgi-
nes ac fæminas eminuit: Itaq; honestissimo na-
talium splendore, tantis naturæ privilegiis, tanto
animi cultu insignem & præstantem Nympham
non constituerat Cœlum reservare nisi simili vi-
ro. Hinc inter eam & Amplissimū & Prudentissi-
mū Virum D.N. ZACHARIAM SEBESSEN Se-
natorem hujus Urbis & militiæ præfectum,
(quem ut D E U S O P T. M A X. diutissime ad
feli-

felicissimē mortalium consortio convivere pa-
tiatur, animitus vovemus,) æther ipse copulavit
fortunatas nuptias. Annus erat 1634. dies 26.
Augusti, quo matrimonium inter præclarum
hoc conjugum par sociali fædere inibatur, urbis
hujus auspiciatō omne, Civium prolubio sole-
mmi. Non arbitror ex usu esse ut recenseam vobis
suavissimum illum animorum consensum, illum
amoris conjugalis ardorem, illam sinceritatem,
illam fidem, Cœlum ipsum omnium horum
testis est, & quodlibet ingenuum pectus consci-
entiam suam interrogans. Heu mihi! quam
multæ fæminarum imitantur specula prava, quæ
læti hominis imaginem tristem, tristis lætam ex-
primunt. Piissima CHRISTINA Kirchner/
marito suo hilari lætitiam, mæsto ægritudinem
sociam adjunxit. Piissima CHRISTINA
curas quæ in maritum inclinatae recumbebant,
in partem juvit sapiente consilio, industrio cona-
mine, fide non minori quam olim Porcia filia
Catonis usa est erga virum suum M. Brutum.
Quod pleriq; conjugum optare & votis pacisci
solent, ut se ipsos videre & facere possent pul-
chram prole parentes, ea bona fortunæ etiā in hoc
matrimonio his conjugibus evenerunt. Non fuit
chorus eorum sterilis neu infæcundus. Donavit

B 3

eos

eos DEI omnipotentis clementia progenie pa-
trinæ pariter ac matrimæ virtutis æmulâ, quin-
que nempe liberis, duabus filiabus ANNÆ, (cui
implacabilis Parca fere ante annum nimis pro-
pero pollice filum Vitæ præcidit) & CHRISTI-
NA; tribus filiis JOANNE, ZACHARIA
& JOACHIMO qui in hunc usq; temporis ar-
ticulum ducunt integræ juvenilia tempora vitæ.
Etsi verò hæc sua clarissima pignora ad omne de-
cuss principale, ad virtutes sedulo educari cura-
vit laudatissima fæmina, atq; inde lætissimam se-
getem expectaret, speratamq; virtutum fæcun-
ditatem jam in herbâ esse cerneret summâ animi
voluptate; tamen non fuit proh dolor! hæc fæli-
citas diurna, non fuit hoc oblectamentum per-
petuum: In medio curriculo vitæ & annorum,
pernicialis febris cū tussi ex transverso illam in-
currit, Et cùm jam satis antea exercita esset dolo-
ribus recentis paritudini, non potuit supera-
re Morbi hujus vehementiam, ultimumq; vitæ
terminum instare piissima matrona non obscurè
animadvertisit. Quam ob causam mentem &
omnia sensa unicè defixa habuit in misericordiâ
DEI, in merito & satisfactione Servatoris no-
stri, & ante paucas septimanas salutari Corpo-
ris & sanguinis JESU viatico, à Reverendo

Dn. M.

Dn. M. CHRISTIANO MICHAELIS Pa-
store ad Templum Jacobæum dignissimo cibata,
æquabilem sui modi, in novissimo certamni-
ne, quo viri etiam fortis de statu tranquillitatis
deturbari solent, summâ fidei constantiâ pe-
ctus munitum habuit, ut nullo mortis metu visa
fuerit percelli. Hac fiduciâ & spe perennis glo-
riæ, tanquam loricâ quadam indutus animus,
memor priscæ nobilitatis & divinæ originis, pla-
cido secessu ex terrestri suo habitaculo emigravit
ad sydera, postquam hic vivendo explevisset 29.
annos, Et sic inbeatorum collegium allecta est,
Spiritū reddens cœlo, exuvias telluri relinquens.
Quæ cum hodie ad horam primam efferri ad tu-
mulum in Templo Mariano paratum debeant,
in quo expectabit resurrectionem, cum æter-
nus æterni DEI filius veniet jura fatorum
daturus vivis & mortuis, Vos Cives Academiæ
officiosè ac amanter invito, ut eas comitari, su-
prenumq; eis humanitatis officium, tum animi
affectionatum præsentii ac frequenti comitatu exhibe-
bere velitis. Date hoc mæstissimo marito præ-
clarissimè de hac Urbe promerito, date afflictæ
proli, ac lugentibus amicis. Deum rogamus sup-
pliciter ut Amplissimum Viduum ejusq; proge-
niem

niem, jā matre orbatā, efficaci consolatione eri-
gere, & singulis animi acerbū lūctum lenire, velit
nec medicinā ac leyamentum tantæ ægritudinis
largiri intermittat æternus ille solator Spiritus,
qui afflictis mentibus gratam requiem & optata
gaudia afflat: & ut etiā oculos suæ clementiæ de-
super flectere ad æruminabilem faciem & condi-
tionem tum hujus Provinciæ tum totius Germa-
niæ dignetur, & fulgere in diebus nostris solei
aureæ pacis ac tranquillitatis permittat. P. P.

Rostochij Sub Sigillo Universitatis die

15. Maij A. D. 1643.

*Conventus fiet hodie hora primâ in
Templo Jacobæo.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn771257627/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn771257627/phys_0016)

DFG

felicissimē mortalium consortio convi-
tiatur, animitus vovemus,) æther ipse c
fortuhatas nuptias. Annus erat 1634
Augusti, quo matrimonium inter pra-
hoc conjugum par sociali fædere iniba-
hujus auspicatō omne, Civium prole
mni. Non arbitror ex usu esse ut recensē
suavissimum illum animorum consensū
amoris conjugalis ardorem, illam sine
illam fidem. Cœlum ipsum omnium
testis est, & quodlibet ingenuum peccati
entiam suam interrogans. Heu mihi
multæ fæminarum imitantur specula
læti hominis imaginem tristem, tristis
primunt. Piissima CHRISTINA
marito suo hilari lætitiam, mæsto ægri-
sociam adjunxit. Piissima CHRIS-
TINA curas quæ in maritum inclinatae recurserunt
in partem juvit sapiente consilio, induc-
mine, fide non minori quam olim Po-
Catonis usa est erga virum suum M.
Quod pleriq; conjugum optare & vo-
solent, ut se ipsos videre & facere per
chrâ prole parentes, ea bona fortunæ
matrimonio his conjugibus evenerunt
thorus eorum sterilis neu infæcundus.

B 3

